



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod diuinarum rerum imagines hæc inferiora Plato putabat. Cap. xiiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

ne loquantur dolum. Diuertere a malo, & fac bonum: inquire pacem & sequere eam. Et Salomon. Audite filij inquit disciplinā patris, legem meam nolite obliuisci. Et rursus. Viam impiorum non ingrediaris. Innumerabilia huiusmodi facile in scriptura inuenies, quibus adolescentes atq; prouecti simul ad pietatem exhortantur.

Quod diuinarum rerum imagines hæc inferiora Plato putabat.

## CAPVT XIII.

**D**iuinis oraculis Mosi dictum est. Facies omnia secundum figuram, quæ tibi monstrata in monte est. Id apostolus latius exposuit dicens, umbram exemplumq; cælestium legalium cultum fuisse. Apertissime namq; mosaica uniuersa, tanquā umbræ ac symbola cælestium sunt. Nunc x̄o audi quæ admodum Plato in sexto de republica, hūc locum imitatus est. Deo inquit & mundo uerus philosophus loquens, mundus atq; diuinus quantum potest efficiet. Si ergo necesse fuerit, quæ ibi uidet in moribus hominū & priuatim & publice ponere, ut nō modo seipsum, uerum etiam alios per illa confirmet, putasne modestiæ, iustitiæ, & omnino uniuersæ uirtutis improbum magistrum futurum? Minime inquam. Sed multi uidelicet parum nobis credunt, dicentibus nō aliter posse felicem ciuitatem fieri, nisi pictores illi eam depingant, q̄ diuino exemplari ad pingendum utuntur, imo credent inquit. Sed quid est, modus picture? Quasi tabula in quam ciuitas & mores hominum primum, quod omnium difficillimū est, mundi puriq; faciundi sunt: nō em̄ prius scribendæ sunt leges, q̄ mundam feceris ciuitatem, deinde formula disciplinæ scribenda depingendaq; est.

Quod adolescētes cantibus ad uirtutem p̄parandi sunt.

## CAPVT XIII.

**O**das etiā canendas putat, sic dicens. Ter iam & quater dictum est, disciplinam esse puerorū educationem, q̄ ad rectam legalemq; uitam perducatur. Ut igitur pueri animus legē ita sequat̄, ut una cum ea gaudeat atque doleat, odas perdiscant, crebroq; cāticent, quibus laudes atq; uituperationes earum rerū contineant̄, quas lex laudat, atq; uituperat. Quoniā enim teneriores anni rationē uirtutis nō suscipiunt, ludo atq; cantu p̄parant̄. Iure igit̄ apud nos prophetaz̄ odæ a pueris addiscunt̄.

E iij